Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

℣ Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem
tuam per noctem Alla ℣ Paratum cor meum deus paratum cor
meum cantabo et psallam in gloria mea Sim Matutin.
Ant. Nemo potest duobus dominis
seruire Aut enim vnum odio habebit: et alte-
rum diliget: aut vnum sustinebit: et alterum
contemnet Non potestis deo seruire et mam-
mone Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime
vestre quid manducetis: neque corpori vestro
quid induamini Nonne anima plus est quam
esca: et corpus plus quam vestimentum Respi-
ciite volatilia celi: quia non seminant neque metunt
neque congregant in horrea et pater vester celestis
pascit illa Nonne vos magis pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad
staturam suam cubitum vnum Et de vestimento quid solliciti estis Considerate lilia
agri quomodo crescunt: non laborant neque
nent Dico autem vobis: quoniam nec salomon
in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis
Si autem fenum agri quod hodie est et cras in
clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis
vos modice fidei Nolite ergo solliciti esse
dicentes Quid manducabimus Aut quid bi-
bemus Aut quo operiemur: Hec enim omnia gen-
tes inquirunt Scit enim pater vester: quia hi-
omnibus indigetis Querite ergo primum regnum
dei et iustitiam eius: et hec omnia adi-
cientur vobis Off. Expectans expectauit dominum et re-
spexit me et exaudiuit deprecationem meam et inmisit
in os meum canticum nouum ymnum deo nostro Secreta: